



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 13. Papa bonorum Ecclesiasticorum in Anglia restitutionem a Legatis
petens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XIII.

Sæcul. XVI.
A C. 1555.

Papa bonorum Ecclesiasticorum in An-
glia restitutionem a Legatis
petens.

Absoluto hoc confessu summus Pon-
tifex privatim saepius cum hisce Raynald
Legatis conferebat, ac non raro que-
rebaratur, quod bona Ecclesiastica non-
dum fuissent restituta, quo circa illis
haec significabat: „eiusmodi bona ab
„alio usurpari haud tolerandum est;
„Deo enim semel dicata ad usum civi-
„lem nunquam denuo applicari possunt,
„& is, qui quacunque eorum partem possi-
„det, damnationis periculo est obno-
„xius. Mihi quidem non deest prom-
„ptissima ad ea elargienda voluntas, si
„facultas adest, tum propter eam,
„qua Regnum universum complector,
„paternam pietatem, tum propter filia-
„lem, quam in ipsis expertus sum, di-
„lectionem, & obedientiam: se i mihi
„non licet auctoritatis meae fines ex-
„tendere ad res Deo consecratas profanis
„usibus applicandas. Interim unum
„hoc Anglis persuasum cupio, earum
„rerum possessionem illicitam, esse ana-
„thema, & contagionem, quæ ut vin-
„dicetur, Regnum Angliæ habebit pro
„Comite individuo perpetuam miseriam,
„ac infelicitatem.,, His dictis Legatos
im-



Sæcul. XVI. impense rogabat, ut hac super re da-
A.C. 1555 tis ad Philippum, & Mariam literis
 eos gravibus verbis admonerent, neque
 semel id monuisse contentus, idipsum
 omnibus occasionibus iterabat, nec
 non disertis etiam verbis præcepit, ut
 primo quoque tempore exactionem de-
 nariorum Divi Petri in usum revocan-
 dam curarent, eoquod de more exacto-
 rem, illuc mittere decreverit; ipseque
 hoc munus in Angliam hanc ob causam
 missus totos tres annos obierit, maxi-
 ma cum voluptate, cum tantam non
 modo in populo, sed etiam in tenuiori-
 bus e plebe ad pendendum prompti-
 tudinem cerneret, neque unquam spe-
 randum ajebat, ipsis apertum iri a
 Beato Petro cœli portam, quamdiu ea,
 quæ in terris ipsius propria sunt, cum
 summa ejus Divi injuria usurparent.
 (*) Verum ad hæc Legati, ne Pontifi-
 cem

(*) Haud dissimulandum est, quod Conti-
 nuator circa hæc Pontificis verba Odoricum
 Raynaldum tanquam unicum testem alleget,
 cum tamen is loc. cit. hanc rem utpote ma-
 joris momenti ad proxima Patrum comitia
 rejectam fuisse duntaxat referat, magis tamen
 Continuatori vitio dandum, quod omnia hæc
 ad verbum ex suo mendaci, ac livido Sarpio
 descripserit, & tamen ipsus illum allegare
 erubuerit.

cem irritarent, obmutescabant, & non-Sæcul. XVI.
nisi ea, quæ magis suis commodis con- A.C. 555.
gruere censebant, exequabantur.

§. XIV.

Hæretici in Anglia rursus multati.

Cum hæc interea Romæ agerentur, Angliæ Senatui nuntiabatur, quod Judices ad conciliandam pacem consti-
tuti, præcipue in Norfolciensi Provin-
cia ob nimiam indulgentiam statuta,
ac leges contra hæreticos a Regina
latas exequi cunctarentur, hinc eisdem
præcipiebatur, ut cum majori solertia,
quis rerum status esset, deinceps inda-
garent, ac Catholicos Verbi Divini
Præcones protegerent: hæresin vero
spargentes, vel Ecclesiasticorum rituum
contemptores ejicerent. Insuper ipse
met Rex, ac Regina Bonnerum, qui
nonnihil a severa, qua prius hasce le-
ges exequebatur, sedulitate remitte-
bat, datis literis stimulabant, ut aucto
fervore in hæreticos inquireret, eos-
que, si suæ sectæ pertinaces insisterent,
juxta legum rigorem plecteret. His
literis stimulati judices Bretfordum, qui
jam dudum capitali sententia damna-
tus dilato suppicio ad carceres redu-
cebatur, tandem Mense Julio rogi
suppicio affecerunt, cum paucis ante
diebus, seu trigesima Julii Joannes Card-

Hist. Eccles. Tom. XLII. O machē-